



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Quæ sint infames personæ. clxxiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

episcopis thoritas, criminari non possunt, nec in eos testificari, qui Africae ad eundem non debent, nec possunt prouehi honorem.
misiſis, ca. 10.

Quæ sint infames personæ. Cap. CLXXXIII.

Ex epift. Stephani papæ ad Hilariū. **I**N F A M E S autem esse eas personas dicimus, quæ pro aliqua culpa notantur infamia, id est, omnes qui Christianæ legis normam abiiciunt, & statuta Ecclesiastica contemnunt. Similiter fures, sacrilegos, & omnes capitalibus crimibus irretitos, sepulchrorum quoque violatores, & apostolorum atque successorū eorum religiosa sanctorum patrum statuta libenter violantes & omnes qui aduersus patres armantur, qui in omnimundo infamia notantur. Similiter & incestuosos, homicidas, periuros, raptiores, maleficos, beneficos, adulteros, de bellis fugientes, & qui indigna sibi petunt loca tenere, aut facultates Ecclesiæ abstractahunt iniuste, & qui fratres calumniatur, aut accusant, & non probant: vel qui contra innocentes principū animos ad iracundian prouocat, & omnes anathematizatos, vel pro suis scelerib⁹ ab Ecclesia expulsos, & omnes quos ecclesiastica vel seculi leges infames pronunciant: nec seruos ante legitimam libertatem, nec pœnitētes, nec dygamos, nec eos qui curiæ deseruiunt, vel qui non sunt integri corpore, aut sanam non habent mentem vel intellectum, aut inobedientes sanctorum decretis existunt. Hi omnes nec ad sacros gradus debent prouehi, nec isti, nec liberti, neque suspecti, neque rectam fidem, vel dignam conuersationem non habentes, summos sacerdotes possunt accusare.

De Episcopo accusato, & ab accusatoribus recipiens, & vocatione. Cap. CLXXXIV.

Ex decr. Felicis pa. pis p Gal. mis, ca. 9. **S**I quis episcopus ab illis accusatoribus, qui recipiendi sunt, fuerit accusatus: postquam ipse ab eis charitati per episco conuentus fuerit, vt ipsam causam emendet, & eam corripere noluerit: non olim, sed tūc ad summos primates cauillam cōſtiſa eius canonice deferatur. Qui in congruo loco infra iptonis misſam prouinciam tempore congruo, id est, autumnali, vel fiss, ca. 9. aestiuo, concilium regulariter conuocare debebunt, ita, vt ab omnibus eiusdem prouinciae episcopis mihi audiatur. Quo & ipse regulariter conuocatus, si eum aut infirmitas, aut alia grauis necessitas nō detinuerit, adesse debet: quia